Tegulae Sisciae repertae, iam Agram (III S. 11381. 11385. 11382 = Eph. ep. 4,555. 2,928. 927 viderunt Mommsen et Hirschfeld; similes inscriptiones III 11378 seq.). — 1) *Apparet Artemam quoque, ut ii qui enumerantur N. 8675ᵃ facere debuisse tegulas 220.* — 2) *De navalis vocabulo cf. Momms. eph. 2 l. c., C. l. c.*

8676 ... ium | scandulam et | tegerunt *(sic)* naval[*e*] | Con[*se*]ntius et | [*A*]u[*re*]lianus et | [*R*]u[*f*]ianus dis[*c*]e[*s*] | illorum.

Tegula, Savariae rep., est Pestini (III S. 14360[20]; imago est arch. Értesitö 1896 p. 382).

Similia in lateribus scariphata habes Brambach 111. 114; Ann. Bonn. 67, 1879 p. 74.

Fistulae plumbeae aquariae.

8677 C. Caesaris Aug. Germanici.

In fragmentis tubi plumbei extractis a. 1895 ex lacu Nemorensi (XV 7816 = Notizie degli scavi 1895 p. 394). Similia fragmenta prodierunt iam saec. XV et XVI, sed male decripta esse videntur (cf. XIV 2226 et ibid. inter falsas 114. 115*). Videtur per hanc fistulam aqua fluxisse in navem vel in alteram ex navibus quas mirifice exornatas (similes navium illarum de quibus Sueton. Gai. 37) in lacu Nemorensi videtur fecisse C. Caesar, et de quarum reliquiis post Barnabeium (Notizie l. c.) exposuit V. Malfatti le navi romane del lago di Nemi (ex 'Rivista marittima' 1896).*

8678 imp. Caes. Aug. Vespasiani | sub cura Callisti Aug. l. proc.[1] *(iuxta, ad unumquodque exemplum inscriptionis, numeri)* I, XXVI, XXIII, XXV, XXXI.

Romae rep. prope hortos Sallustianos, ubi dicitur 'via Veneto' fistulae plumbeae (Notizie degli scavi 1902 p. 95. 269. 287). — 1) *Procuratoris (aquarum, cf. Hirschfeld kais. Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 280).*

8678ᵃ imp. Vespasiani sub cura Cal|[*l*]isti Aug. l. proc., f. Atimetus Ant. *(in medio aquila).*

Romae rep. in foro, fistula (Notizie degli scavi 1901 p. 144).

8679 imp. Domitiani Caesaris Aug. Germanici | sub cura Bucolae l. proc.[1], Ti. Claudius Philetaerus fec. *(In medio Martis figura).*

Romae, fistula, incertum quo loco urbis rep. (XV 7279 vidit Dressel). — 1) *Idem procurator aquarum in simili fistula XV 7280, et praeterea supra N. 1567. Cf. Hirschfeld Verwaltungsbeamte ed. 2 p. 280.*

8680 [*i*]mp. Caesar. Domitia- ni Aug. sub cura

Alb.[1]

Alypi[2] proc., fec. Esy- chus[3] et Hermeros ser.

Ad lacum Albanum rep. fistula, in qua titulus saepius repetitus (XIV 2304. XV 7819 semel, sed accurate, descripta saec. XVII). — 1) *Significatur villa Albana imperatoris. Similiter in fistulis XV 7820. 7823.* — 2) *Idem Alypius eodem munere functus sub Traiano (XV 7295).* — 3) *Fortasse idem procurator factus XV 7296.*

archive.org